



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mechlinia Illustrata Luce Miraculorum S. Francisci Xaverii  
Orbis Utriusque Solis Ac Thaumaturgi Chronicis Distichis  
evulgata Anno M.D.C.LXVI.**

**Grumsel, Gérard**

**Mechliniae, 1666**

De Origine Cvltvs Reliqviarvm S. Francisci Xaverii Mechliniæ publicæ  
venerationi expositarum. Anno M. DC. LIX. Elegia Prima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13399**

MECHLINIA ILLUSTRATA  
DE ORIGINE CVLTVS RELIQVIARVM  
**S. FRANCISCI XAVERII**  
Mechliniæ publicæ venerationi  
expositarum.

ANNO M. DC. LIX.

ELEGIA PRIMA.

**E**rgo reVs VotI ChronICIs MIraCVLa VVLgo,  
GestaqVe nVnC pOpVLIs XaVerIana LoqVor:  
NeC VotVM hoC LIngVæ est, VVLt VIVere LIteræ testIs:  
ILLa VeL eXesâ VoCe sVperstes erIt.  
**T**V Mea, sanCte pater, CVIVs nVnC VeLa LeVantVr  
AVspICIIIs, nVtV sCripta IVVante rege.  
IVssVs In hoC VenIo, sIne te, qVasI naVfragVs æqVor:  
sIs VIA, sIs tIMIDæ VentVs & aVra ratI.  
CrVesenIVs terrIs, XaVerIVs aDsIt ab astrIs;  
HaVD erIt à tVrbâ qVoD VereatVr opVs.  
**Q**VID peLago VaLeas, satIs InDVs In æqVore VIDIt,  
EXIIt epotIs Vt tVa pVppIs aqVIIs.  
**T**V qVoqVe Me serVa: graVIora perICVLa terrent;  
OCeanVs sCopVLIs VIX Caret ILLe sVIIs.  
Non ego, sI LIngVIIs CentVM tot hIVLCa LoqVantVr  
ora, VeL eX Ipso VoX HeLICone fLVat;  
ELoqVIO, VenâqVe tVas æqVaVero LaVDes,  
EXeqVar & VersV tot tVa gesta Meo.  
paVCa taMen IVbeor ChronICIs VVLgare tabeLLIs,  
QVæ tVVs hâC gessIt fLeXVs In Vrbe faVor,  
HInC prIVs aVXILIIIs preCor hIC feLIClbVs aDsIs,  
QVæqVe soLes, VVLtV Des pIa sIgnata Vo.

Avgv-

DE ORIGINE CVLTVS RELIQVIARVM

## S. FRANCISCI XAVERII

Mechliniae publicae venerationi  
expositarum.

ANNO M. DC. LIX.

## ELEGIA PRIMA.

**E**rgo reus voti chronicis Miracula vulgo,  
Gestaque nunc populis Xaveriana loquor.  
Nec votum hoc lingua est; vult vivere litera testis:  
Illa vel exesâ voce superstes erit.

**T**u mea, Sancte Pater, cuius nunc vela levantur  
Auspiciis, nutu scripta juvante rege.  
Jussus in hoc venio, sine te, quasi naufragus æquor:  
Sis via, sis timidæ ventus & aura rati.

**C**ruesenius terris, Xaverius adsit ab astris;  
Haud erit à turbâ quod vereatur opus.

**Q**uid pelago valeas, satis Indus in æquore vidit,  
Exiit e potis ut tua puppis aquis.

**T**u quoque me serva: graviora pericula terrent;  
Oceanus scopulis vix caret ille suis.

**N**on ego, si linguis centum tot hiulca loquantur  
Ora, vel ex ipso vox Helicone fluat;

**E**loquio, venâque tuas æquavero laudes,  
Exequar & versu tot tua gesta meo.

**P**auca tamen jubeor chronicis vulgare tabellis,  
Quæ tuus hâc gessit flexus in urbe favor.

**H**inc prius auxiliis precor hâc felicibus adfis,  
Quæque soles vultu des pia signa tuo.

AVgVror, eVenlet: VoX est aVDIta fVtVrl;  
 AraqVe nesClo qVos VIsa DeDIss sonos.  
 HoC pIgnVs, qVo te feLIX MeChLIInIa IaCras,  
 FaVsta VoVet VatI CVnCta fVtVra sVo.  
 PIgnVs Vt est DeXtræ, neqVI t oMINIs esse sInIstrI:  
 se probat eXVVIIls aVCtor ab Ipse sVIls.  
 Has ego nVnC LaVDans, qVâ sInt VeL orIgIne natæ,  
 QVI sVe VeL hIC popVLI CVLtVs, & VnDe, LoqVar.  
 IntVLIt eXtreMIs VeL ab VsqVe sebastIVs InDIss.  
 AttrIbVI t qVe arIs AVsonIs ora tVIls.  
 SIC taMen hIls fVerIs feLIX, Vt BeLgICa teLLVs  
 EXtVLerIt faVstâ frVstVLa parVa preCe.  
 QVæ LICet hoC fVerant aLIas qVoqVe CVLta sVb aXe;  
 prIVatI Is tantVM CVLtVs honorIs erat.  
 Ast VbI, pVrpVreIs qVasI soL reDIVIVVs ab InDIss.  
 protVLIt & nostro DIVVs In orbe IVbar;  
 DenIqVe CVra fVI t DeXtræ saCra pIgnora IVstIs  
 CVLtIbVs, & soLI tIs eXpLICVI ss thoLI.  
 seXta DeCas VenIens sæCLI propæ Cæperat hVIVs,  
 VIX proCVL hInC qVIntæ qVoD sVperesset erat.  
 CLaVs a reCognosCI CrVesenIVs ossa; sVâqVe  
 EXhIbet, & VVLgat fIXa sIgILLa ManV.  
 EXCIpIt hæC VarIIls argentea DeXtra pyropIs,  
 QVos proCVL oCCVLtâ teXerat InDVs aqVâ.  
 ClrCVMqVaqVe patent pretIosaqVe LILIa sVrgVnt:  
 XaVerIo fVerat fLosCVLVs Iste saCer.  
 stat LoCVLVs, pVgILIsqVe sVI VeLVt ossa reCLInat,  
 CVIVs & eX aVro nobIle noMen habet.  
 LVX VenIt Interea CeLebres LatVri trIVMphos;  
 Vesper & ILLIVs nVnC qVoqVe LVCIs erat.

teMpLa



Auguror, eveniet: vox est audita futuri;  
 Araque nescio quos visa dedisse sonos.  
 Hoc Pignus, quo te felix Mechlinia jactas,  
 Fausta vovet vati cuncta futura suo.  
 Pignus ut est dextræ, nequit ominis esse sinistri:  
 Se probat exuvii Auctor ab ipse suis.  
 Has ego nunc laudans, quâ sint vel origine natæ,  
 Quisve vel hinc populi cultus, & unde, loquar.  
 Intulit extremis vel ab usque<sup>(p)</sup> Sebastius Indis,  
 Attribuitque aris Ausonis ora tuis.  
 Sic tamen his fueris felix, ut Belgica<sup>(q)</sup> tellus  
 Extulerit faustâ frustula parva prece.  
 Quæ licet hoc fuerant alias quoque culta sub axe;  
 Privati is tantum cultus<sup>(r)</sup> honoris erat.  
 Ast ubi, purpureis quasi sol redivivus ab Indis,  
 Protulit & nostro Divus in orbe jubar;  
 Denique<sup>(s)</sup> cura fuit dextræ sacra pignora justis  
 Cultibus, & solitis explicuisse tholis.  
 Sexta decas veniens sæcli prope cæperat hujus;  
 Vix procul hinc quintæ, quod superesset, erat.  
 Clausa recognoscit Cruesenius ossa; suâque  
 Exhibit, & vulgat fixa sigilla manu.  
 Excipit hæc variis argentea dextra p yropis,  
 Quos procul occultâ texerat Indus aquâ.  
 Circumquaque patent pretiosaque lilia surgunt:  
 Xaverio fuerat flosculus iste sacer.  
 Stat loculus, Pugilisque sui velut ossa reclinat,  
 Cujus & ex auro nobile nomen habet.  
 Lux venit interea celebres latura triumphos;  
 Vesper<sup>(t)</sup> & illius nunc quoque lucis erat:

(p) P. Sebastianus Gonzales brachium dexterum S. Xaverii  
Gloria Romana  
intulit Anno  
1615.

(q) Particulæ  
in Belgiam P.  
Carolus Scri-  
banus codem  
Anno.  
(r) Privatis  
primum cultus.  
(s) Publicæ  
venerationi  
exposita Mech-  
linie ab Illius.  
Cruesenio  
1659.

(t) Cultus pri-  
dicti festi S. Xe-  
verii & per  
Ollavam.

Temp.

TeMpLa patent popVLo: CoIt hVC pLebs tota, IVVentVs,  
 VIr, pVer; & tVrbas VIX CapIt Ipse LoCVs.  
 FaVsta VoVent, hILarIqVe strepVnt oDea tVMVLtV:  
 IpsaqVe XaVerII perstreplIt ara sono.  
 saCra CapIt Mystes & SanCtI LIpsana gestat;  
 Inter & hæC festas eXCipIt ara faCes.  
 IVbILA FranCIsCo totâ CantantVr In ÆDe  
 Et resonant DoCtIs organa taCta ChorIs.  
 RItIbVs eXpLetIs, qVIIs basIa VersIbVs æqVet?  
 SInt qVIbVs, aVt qVantIs LIpsana pressa MoDI?  
 VIX sVa CeCropIæ sIC fLorIbVs osCVLa fIgVnt,  
 RVre sVb Vrbano CVM spatIantVr apes.  
 ALtera LVX fVLsIt, LVX CVLtlbVs InCLyta DIVI:  
 Æra reperCVssâ granDIA tVrre sonant.  
 TotqVe rVVnt ILLVC, qVot eVnte reCIproCVs æstV  
 sCaLDIs arVnDIneas In freta VolVIt aqVas.  
 Festa MagIstratVs CoLIt hæC, VaCVVsqVe Senator;  
 QVIsqVIIs & hæC CeLeber seXVs In Vrbe fVIt.  
 OrDItVr pIa thVra ferens soLennIa Mystes:  
 Fragrant InspersIs grana sabæa foCIs.  
 pars bVXo fIDlbVsqVe CanVnt, pars nabLIa pVLsant:  
 CVnCtaqVe nVnC DIVI sVnt operata saGrIs.  
 hos Inter pLaVsVs, strepItVsqVe, & IVbILA CentVM,  
 CresCIt In hVnC tVrbæ, neC qVeqVe parVVs, honor.  
 O! qVot ab effIgIe penDent Data Dona; qVot Vstæ  
 XaVerIoqVe nItent eXVVIIsqVe faCes!  
 Ara poLVs VIsa est, CVM LVnæ CornVa LVCent;  
 AVt sVbIt, & rosel Is LVCIf er eXI eqVIIs.  
 Vota nVrVs faCIVnt, fVnDVnt sVsplIa Matres:  
 sVnt qVeqVe qVeIs triIstes IntepVere genæ.

VnVs

Templa patent populo: coit huc plebs tota, juventus,  
 Vir, puer, & turbas vix capit ipse locus.  
**Fausta** vovent, hilarique strepunt odea tumultu:  
 Ipsaque Xaverii perstrepit ara sono.  
**Sacra** capit Mystes & Sancti Lipsana gestat,  
 Inter & hæc festas excipit ara faces.  
**Jubila** Francisco totâ cantantur in Æde,  
 Et resonant doctis organa tacta choris.  
**Ritibus** expletis; quis basia versibus æquet?  
 Sint quibus, aut quantis Lipsana pressa modis?  
**Vix** sua Cecropiæ sic floribus oscula figunt  
 Rure suburbano cum spatiantur apes.  
**Altera** lux fulsit, lux cultibus inclyta Divi;  
 Æra repercussâ grandia turre sonant.  
**Totque** ruunt illuc, quot eunte reciprocus æstu  
 Scaldis arundineas in freta volvit aquas.  
**Festa** Magistratus colit hæc, vacuusque Senator;  
 Quisquis & hâc celeber sexus in urbe fuit.  
**Orditur** pia thura ferens Solennia Mystes:  
 Fragrant inspersis grana fabæa focis.  
**Pars** buxo fidibusque canunt; pars nablia pulsant;  
 Cunctaque nunc Divi sunt operata sacris.  
**Hos** inter plausus, strepit usque, & jubila centum,  
 Crescit in hunc turbæ, nec quoque parvus honor.  
**Ah!** quot ab effigie pendent data dona; quot ustæ  
 Xaverioque nitent, Exuviasque faces;  
**Ara** polus vita est, cum Lunæ cornua lucent;  
 Aut subit, & roseis Lucifer exit equis.  
**Vota** nurus faciunt, fundunt suspiria matres:  
 Sunt quoque queis tristes intepuere genæ.

C

Unus

*MECHLINIA ILLUSTRATA*

VnVs aMor CVnCtIs (CVnCtros sVa pVngIt erInnyas)  
 hVIC sVa sIngVLtV sensa qVerente LoqVI.  
 EIVs & InsoLltos tot plgnorIs Inter honores  
 HebDoMas à festo tota peraCta sVo est.  
 NeC taMen hInC popVLI pletas fer VorqVe refrIXIt;  
 At noVVs hInC VVLgo est oCyVs aVCtVs honor.  
 sICVt & apposItIs LlgnIs aLIMenta CapessIt,  
 Et soClo Certans IgnIs ab Igne CaLet;  
 sIC VIget hIC CVLtVs, VIresqVe CoLentIbVs affert;  
 AVtVs & eXIgVo teMpore robVr habet.  
 Vt qVoqVe pLVs CresCat feCere NoVenDla DIVI,  
 QVx pla tVnC VotIs CVLta fVere sVI.  
 RItVs hIC eX Magnâ fLVXIsse NeapoLIIs Vrbe  
 FertVr, & hVnC AVtCtor tVnC sIbI paCtVs erat.  
 HVnC qVoqVe, XaVerI, Voto tIbI saCra qVotannIs  
 HIC CoLIa aVspICtIs MartIa LVna tVI.  
 Dona neC hIC pletas, neC InanIa plgnora perDIte,  
 NeC IaCIt In CeLeres IrrIta Verba notos.  
 Rara DIs beLgIs toto sIC transIt In anno,  
 QVIn pateant tantæ parta trophæa ManVs.  
 AspICe, pensa thoLo tot sVnt anatheMata testes,  
 Et tot proDIgIIIs sIgna notata sVI.  
 QVx bene sI nVMeres, tot erVnt, qVot In aXe VIDebIa  
 Astra, qVot aVt VioLas, aVt parIt hybLa faVos.  
 HæC ego pæonIIIs prope sIngVLa Censa tabeLLIs,  
 CrVesenIo parIter Censa probante, CanaM.  
 TV MIhI, qVos præsVL, FranCIcCe eXporRIge VVLtVs,  
 Grata patroCInIo CVnCta fVtVra tVo.  
 Præses es, Interea LaVrI reDIMIre CoronIs;  
 In freta per partes, & tVa gesta feror.

DE



Unus amor cunctis (cunctos sua pungit Erinnys)

Huic sua singultu sensa querente loqui.

Ejus & insolitos tot pignoris inter honores

Hebdomas à festo tota peracta suo est.

Nec tamen hinc populi pietas fervorque refrixit,

At novus hinc vulgo est ocyus auctus honor.

Sicut & appositis lignis alimenta capessit,

Et socio certans ignis ab igne calet.

Sic vigeret hic cultus, viresque colentibus afferit:

Auctus & exiguo tempore robur habet.

Ut quoque plus crescat, fecere (u) Novendia Divi,

Quæ pia tunc votis culta fuere suis.

Ritus hic ex magna fluxisse Neapolis urbe

Fertur, & hunc Auctor tunc sibi paetus erat.

Hunc quoque, Xaveri, voto tibi sacra quotannis

Hic colit auspiciis Martia luna tuis.

Dona nec hic pietas, nec inania pignora perdit;

Nec jacit in celeres irrita verba Notos.

Rara dies Belgis toto sic transit in anno,

Quin pateant tantæ parta trophyæ manus.

Aspice, pensa tholo tot sunt anathemata testes;

Et tot prodigiis signa notata suis.

Quæ bene si numeres, tot erunt, quot in axe videbis

Astra, quot aut violas, aut parit Hybla favos.

Hæc ego Pæoniis prope singula censa tabellis,

Cruesenio pariter censa probante, canam.

Tu mihi, quos Præful, Francise exporrige vultus;

Grata patrocinio cuncta futura tuo.

Præses es, interea lauri sedimire Coronis:)

In freta per partes, & tua gesta feror.

(u) Novendialis  
S. Xaverii cultus  
24. Martii ad 12  
diem Canonizat.  
quem ipse P. Mar-  
cello Mastrillo  
Neapoli commen-  
davit.